

unt, ita q̄ quælibet domus aspiciat tertiã domũ ante se & tertiam post se de sextili aspectu & quartã domũ ante se, & quartã post se, de quarto aspectu, & quintã domũ ante se, & quintã post se de trino aspectu, & septimã domũ de oppositione. Secundũ hoc ergo cum fuerit aliquis planeta in principio alicuius domus, radij eius extendẽtur ad principia domorũ 3. 4. 5. ante se, 3. 4. & 5 post se, & etiã ad principiũ 7. domũ. Sed si elongatus fuerit planeta à principio suæ domus, radij eius nõ extendẽtur ad prædictas domos, sed elongabũtur à principijs earũ proportionaliter secundũ quantitatem elongationis ipsius planetæ, à principio domus in qua fuerit. Ioannes uero Hyspalẽsis dicit, q̄ directio fit duobus modis. Vno modo uidelicet, p̄ gradus æquales. Alio uero modo per ascensiones circuli directi, aut circuli regionis, aut per ascensiones mixtas ex illis, sicut dictum est supra. Similiter dicit quòd aspectus & radij planetarum extenduntur & proijciuntur duobus modis: Vno modo uidelicet, per gradus æquales. Alio uero modo, per latitudinem regionis per gradus quidem æquales, ut quot gradus comprehenderit planeta de signo, totidem prospiciat alterius signi uel aspectu oppositionis, uel quadrati, uel trini uel sextilis. Per latitudinem uero terræ, ut p̄ quot gradus fuerit planeta in aliqua domo, totidẽ gradus prospiciat alterius domus iunctæ secundũ latitudinem terræ. Mihi autem uidetur securius dirigere secundum utrũq̄ modum uidelicet, & per gradus æquales, & per gradus ascensionum. Et similiter secundum utrumq̄ modũ extendere radios & secundũ utranq̄ directionẽ & utrosq̄ aspectus iudicare. Et sic operã dũ docet Iohannes Hyspalen. in yfagogis capitulo de directiõe & aspectibus, & in secunda parte quadripartiti sui capitulo de iudicijs primæ domus. Puto tamẽ radios & aspectus planetarum aliter debere extendi, pro ut inferius declarabo capitulo 7. Quidam extendunt radios per gradus æquales, & dirigũt per gradus ascensionum, ut Mesahalal capitulo præallegato, q̄ & uidetur sentire Halij fuisse de mente Ptolemæi tertio quadripartiti capitulo 11. in cõmento. Sciendum est autem q̄ in natiuitatibus